



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 4. Christus exemplo suo docuit honorum fugam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

rum extinctu. His principijs nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortuna munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum: tu cuius semper in victoria est mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti: atq; etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, ut Anacreon Poëta, acino vna passe: ut Fabius senator prator, in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demum profectò vitam aqua lance pensabit, qui semper fragilitatis humane memor fuerit. In hunc modum Ethnicus suam expendit vilitatem.

## §. IV.

Christus exemplo suo docuit honorum fugam.

Sed multò adhuc illustriora sunt, apud Christianos, exempla honoris repudiati, aut depositi. Nimirù ab ipso Christo, magistro humilitatis, profundiora illi virtutis fundamenta didicerunt. Quid enim eo humilior, qui videns, quòd Mundi superbia eò usque ascendisset, vt Dei maiestatem sibi homines usurparent, voluit hominis formam accipere, vt profundissima humilitate insolentissimam superbiam curaret? Itaque non in regia, sed in stabulo natus, inter bruta animalia

Matth. 11.  
29.

Luc. 2. 7.

malia in præsepio iacuit; non purpura, sed communis panni tunica vestitus incessit; cum eum regem facere vellent, fugit; op- Ioan. 6.  
probrijs satiatus est; accusatus falso, iudi- 15.  
catus iniuste; crudelissime interfectus est; & cum iniquis deputatus, infami genere mortis affectus, inter latrones, in furca, medius pependit. In hoc exemplar inspicere nos iubens Apostolus ait: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo IESU: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalem Deo: sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, &c.* Nempe per hanc viam itur ad gloriam; dumque falsus honor contemnitur, ad verum & perennem peruenitur. Ut ergo, qui se comunt, adhibent speculum; ita qui se Deo adornant, Christum sibi proponunt imitandum; ut discant se humiliare, si cum illo volunt exaltari. *Michaelis senioris parsimoniam exosi milites cum populo, Imperatorē salutarunt Isaacium Comnenum, patriarcha adiuvante ac comprobante: qui cum Comneno plurimum faueret, Impera-*  
torens

Phil. 2. 5.

Rolvs  
in 2. h.  
bell. 17.  
de Hum.

Episc.  
4

zorem senem regia egredi insit. Cùm Imp. Pontificibus à Patriarcha missis dixisset: *Quid mihi pro Imperio redditis?* Hi verò caeleste regnū illi pollicerentur: illicò abiectis Imperij insignibus, regia exijt, cùm non ampliùs vno anno imperasset: postq̄ hoc non diu superstes, vitam cum morte commutauit. Non hic sponte quidem imperium deposuit antè, quàm intelligeret, quid eius loco esset recepturus; postquam autem intellexit, illico abiectis Imperij insignibus regia exijt.

§. V.

*S. Paulus honorum fugā clarus.*

Utiq; igitur magnum habuit ereptæ sibi dignitatis solatium. Quis enim non ærea aureis commutaret? Quo fine etiam in vitis Patrum senex quidam dixit: *Qui plus quàm dignus est honoratur aut laudatur, ampliùs patitur detrimentum; qui autem non fuerit omnino ab hominibus honoratus, hic desuper glorificabitur.* Immò, qui caelestem gloriam sperant, in ipsa solent ignominia, in vinculis, in squallore carcerum summam gloriam collocare. *Obsecro vos ego, ait Apostolus, vincetus in Domino, ut dignè ambuleris vocatione, qua vocati estis. Grandia persuasurus, ut sibi authoritatem faciat, titulum grandem*

Rosvveid.  
lib. 5. lib.  
bell. 15.  
de Humi-  
lit.

Ephes. 4.  
l.